Primi dotem electorum est claritas corporis

Secundum agilitas.

Tercium fortitudo.

Quarta subtilitas.

Quinta deliciosa voluptas quinque sensuum ... in conspectu divinitatis et angelorum ac sanctorum ...

et anima equales angelis erunt. Ab ipso namque
pulchritudinem sol et luna mirantur. Septies plus so
le clarius in corpore illustrantur. Christus quippe per
spiritum sanctum reformabit corpus nostre humanitatis
configuratum corpori sue claritatis. Et cuius sit corpus
spirituale, ille cuius velociter sermo currit, tanta
illud vestiet velocitate, ut quam cito nunc vi
sus celum vel cogitatus orbis extremum attingit
sua volubilitate tam comitem tunc illuc ferat
corporis mobilitate. Ab ipso enim omnium qui
est fortitudo, tanta roborabitur fortitudine,
ut molem montium facile possit pede subver
tere. Ab ipso namque qui fuit inter mortuos
liber, tanta inerit gratia eius libertatis, ut omnis
solida creatura sit eis penetrabilis. In cuius
visione angeli magna dulcedine redundant,
omnes sancti maximis deliciis exuberant. Ab ipso
enim fluenta voluptatis perfruuntur, dum in gau
dio domini super omnia bona sua constituuntur. Ubi
regem glorie sicuti est cernent in suo decore,
quem angeli desiderant prospicere. Ubi omni
um angelorum et sanctorum consortium videntes et sua
membra certa perlucida intus et extra in